



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

28 Reges & Principes non debent praeesse Episcopis, sed illis subesse, &  
obedire tenentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

præbeat, ut secundum venerabiles beatorum patrum sanctiones assumantur. ut c. in sacerdotibus. c. Episcoporum &c. distinctione. cap. sua. 59. dist. & Concil. Trident. d. cap. 1. 29. S. ingratias enim. talesque sint quibus. & ipsi qui temporalia gubernant. sincere sua capita submittere. & ejus monita tunc suscipere possint. ut d. cap. Valentinianus. ante med. 63. dist.

Nec indignari debent Episcopis subiacere. & eorum monita suscipere. t. quoniam Reges. & Principes Archiepiscopis. & Episcopis suis reverenter assurge-re. caput inclinare. & eis apud se venerabilem sedem. debent assignare. d. cap. Valentianus. capit. solita. S. hæc autem. & ibi gl. in ver. affurgant. & in ver. venerabilem. & Abb. num. 7. de majo. & obed. non autem negatur. quin præcellat Imperator in temporalibus illos duntaxat sui generis. 30 qui ab eo recipiunt temporalia. sed Pontifex antecellit in spiritualibus. qua tanto sunt temporalibus digniora. quanto anima præfertur corpori. & tanto est Pontificalis dignitas Regia major. quanto major est Sol Luna. d. cap. solite. vers. quod au-tem. & vers. sed illa. & est septuages septies Pontificalis dignitas major Regali. ut ibi per glo. in ver. inter solem. de major. & obed. Deus enim constituit sacerdotes super gentes. & Regina. ut evellant. dissident. edificent. & plantent. Hier. cap. 1. d. 31 cap. solite. S. potuiss. & ibi Abb. nu. 5.

28. t. Nam sacerdotes Christi. Regum. & Principum omniumque fidelium patres. & magister censeri. nemo potest dubitate. ut scripsit Gregor. in Epist. in Hermannum Episcopum Metensem relatus in e. quis dubitet 96. dist. & sunt Reges. se. & alios in virtutibus regentes. qui in Deo Re-

gum habent. quod designat corona. quam in capite gerunt. ut cap. duo sunt. 12. qu. 1. & c. unico. S. quia verò. de sacr. un. 29.

Alexander enim t. ille magnus. dum ad destructionem Hyerusalem pergeret. summum sacerdotem. qui ut illum exciperet. ei Pontificio ornatu induitus occurrit. genibus flexis adoravit. Et Parmenioni ejusdem familiari interroganti. quare illi viro ita se humiliaverit. respon-dit: Non hominem adoravi. sed Deum. cuius est sacerdos. Joseph. de antiqu. l. II. cap. 8. & August. de civitate Dei. l. 18. c. 45. Si enim gentiles in maxima veneratione sacerdotes habebant. multò magis Principes Christiani illis debitum honorem. & reverentiam praestare tenentur. arg. text. in d. cap. Sacerdotibus. S. ante eum. II. quast. 1.

t. Nam ab auctoritate. quæ procedit. etiam ab exemplis paganorum arguere licet. ut cap. quasta. ubi Archid. 13. quast. 2. & d. 8. ante eum. ubi Dominicum 11. q. 1.

Quodque Principes Christiani cum ecclesiæ ministris reverenter. & favorabiliter se gerere debeant. prædictis. & aliis pluribus exemplis probat Petr. Ribaden. in eodem tract. de relig. 1. cap. 35. per tot. & contras facientes sapient. Dei judicio gravibus plectuntur poe. iis. ut de sc̄vientibus contra Joann. Chriſt. infra patebit.

Jo. Chrysostomus t. in exilium pulsus. quæ n celso animo illud pertulerit. ejus epistola ad Ciriacum data testatur. ubi ita inquit: Etenim ego cum è civitate fugarer. nihil horum curabam. sed dicebam intra memet ipsum. si quidè vult me Regina exulem. agat in exilium. Domini est terra. & plenitudo ejus; & si vult secare. fecet: idem passus est Iſaias. subscriptat illi: